

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

1 Beneficiorum collatio regulariter ad Papam spectat, qui est dominus omnium beneficiorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- tar, sunt Sedi Apostolica reservata.  
 25 Reservata sunt beneficia vacantia ob non publicationem resignationum.  
 26 Parochiales vacantes ob concilii Tridentini formans non servatam sunt Sedi Apostolica reservata.  
 27 Parochiales ad collationem Ordinariorum, de quibus intra sex menses auctoritate ordinaria non provideatur, sunt sedi Apostolica reservata.  
 28 Parochiales, quando sine concursu conferri possint.  
 29 Parochiales juripatronatus, quando à Papa conserantur.  
 30 Reservata sunt omnia beneficia, que ad ordinariorum collationem spectant, si intra sex menses à die scientia vacatio non conserantur.  
 31 Parochiales ecclesia, quando ob non promotionem, sine Sedi Apostolica reservata.  
 32 Beneficia omnia contraformam decretorum conc. Trid. collata, sunt reservata.  
 33 Reservata sunt beneficia schismaticorum.  
 34 Reservata sunt beneficia vacantia per violationem sequestris.  
 35 Reservata sunt beneficia litigiosa.  
 36 Beneficia per Simoniam vacantia, sunt Sedi Apostolica reservata.  
 Beneficia vacantia per adoptionem possessionis litteris non expeditis, sunt reservata.  
 37 Beneficia, que ex speciali decreto Papae debent resignari, sunt reservata.
- 38 Reservata sunt beneficia vacantia pro rebellionem, contra Sedem Apostolicam.  
 39 Beneficia affecta per appositionem manu Papae, sunt reservata.  
 40 Reservationum effectus, qui sunt.  
 41 Spoliatus beneficio, si non habet titulum coloratum, non est restituendum.  
 42 Reservationis est duplex specialis, & mentalis.  
 43 Reservationis fructuum favore camere apostolica, quae sit.  
 44 Reservationis fructuum, incipit à die obtusus, usque ad adoptionem possessio-  
nis.  
 45 Reservata sunt camere Apost. bona, que regulares extra claustra degentes acquisiverunt.  
 46 Reservati sunt Sedi Apostolica casus in Bull. Cœne Domini contenti, & alij.  
 47 Crimina graviora committentes, à summis Sacerdotibus sunt absolvendi.  
 48 Episcopi possunt sibi casus reser-  
vare.  
 49 Episcopos casus sibi reservare non possunt affirmans, anathematizponam incurrit.  
 50 Absolvere prohibentur sacerdotes seculares, & regulares, à casibus reservatis, sine speciali facultate.  
 51 Absoluentes à casibus reservatis, sine spe-  
ciali facultate, quas poenam incurvant.  
 52 Absolvere potest quilibet sacerdos in articulo mortis à quibusunque casibus reservatis.

**B**eneficiorum collatio; de qua supra pluribus egimus; generaliter spe-  
rat ad Papam, & qui est Ordinarius

Ordinariorum, & dominus omnium be-  
neficiorum. cap. 2. de prab. in o. glo-  
bi. in cap. felici: de pen. oo. lib. cle. l. in fi. ut  
lit.

tit. pend. Brl. in l. rescripta. n. 8. C. de preo. der reserv. benef. q. 28. num. 111. Est enim  
imp. off. & Gomel. in pœm. Reg. Canc.  
vers. comboderata etiam num. 7. & licet, 8  
tam de jure communi, † quam vigore  
privilegiorum, & iudiciorum Episcopis,  
& aliis sic etiam concessa facultas benefi-  
cia conferendi, tamen Papa concurrit  
cum quolibet Ordinario, & quoque  
privilegiato collatore, ita quod collatio-

† Papæ in mensibus aliis collatoribus,  
concessis in concursu eadem die facta,  
collationibus aliorum præferatur. c. du-  
dum. §. nos igitur. cap. si à Sede de præben.  
in 6. & Staphil. de grat. expect. in prin. n.  
4. 8. ut autem provideretur † viris littera-  
tis, & virtute præstantibus, quibus Ec-  
clesia plurimum indiget, & mundus il-  
lustratur. c. cum ex eod. de elect. in 6. &  
auth. habita. C. ne fil- propat. neve ordi-  
narii † suis consanguineis, amicis, aut  
familiaribus duntaxat beneficia conser-  
rent, fuerunt inventæ reservationes A-  
postolica auctoritate factæ, de quibus  
post scripta super facultate beneficia  
conferendi, quænam cadant sub reser-  
vationibus, opportune est videndum, &  
sunt ultra generalem facultatem confe-  
ndi Papæ expresse reservatae:

Primò omnes † cathedrales, digni-  
tates, canonicatus, præbendæ, cætera-  
que beneficia ecclesiastica, cum cura, &  
sine cura, secularia, & regularia quæcun-  
que, & qualiacunque fuerint apud Sedem  
Apostolicam quoque modo vacan-  
tia, & vacatura. cap. 2. de præb. in 6.  
cap. ad regimen. in extravag. com. de præb.  
Cassad. decif. 23. num. 8. eod. tit. & L. p.  
alleg. 84. num. 1. & in specie † quod be-  
neficia per resignationem in curia facta  
sunt reservata per d. cap. 2. tenet Simonet.

reservatio major omnium aliarum reser-  
vationum, † quia per speciale, aut ge-  
neralem facultatem conferendi benefi-  
cia reservata nunquam veniunt beneficia  
vacantia apud Sedem Apostolicam. Rot.  
decif. 3. num. 4. de off. leg. decif. 4. de  
præb. in nov. & Simonet. in tract. de re-  
serv. benefic. quest. 82. num. 2.

Secundò omnes ecclesiæ † Patriar-  
chales, Primatales, Archiepiscopales,  
Episcopales, omniaque monasteria vi-  
rorum valorem ducentorum ducatorum  
auri communis estimatione excedentes  
ac dignitates, & beneficia omnia † ad  
collationem, præsentationem, electionem,  
& quamcumque aliâ dispositionem di-  
orum Patriarcharum, Primatum, Archie-  
piscoporum, Episcoporum, Abbatum,  
& aliorum quorumcunque collatorum,  
& collaticum secularium, & regularium  
in solidum quomodolibet pertinencia,  
quæ pot illorum obitum, aut dictarum  
ecclesiæ suarum dimissionem, seu  
amissionem, vel privationem usque  
ad promotionem successorum ad easdem  
ecclesiæ Apostolica auctoritate facien-  
dam, & adeptam pacificam illorum  
possessionem vacantia, & vacatura; ut  
in Regul. Cancell. Clementi pape XIII. Re-  
gul. 2.

Tertiò sunt reservata † beneficia va-  
cantia per obitum S. R. E. Cardinalium,  
ac officialium dictæ Sedis, videlicet,  
Camerarii, Vicecancellarii, Peniten-  
tiarii, notariorum litterarum contradic-  
torum, & Pal. Apost. causarum auditio-  
rum breviatorum, lit. Apost. scriptorum, ac  
comensalium, & aliorum quorūcunq; ca-  
pellanorū ejusdēSedis, necnon Legatorū

Hh

Nun-